

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, domino Georgio Buchholtzer

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

pagellam, in qua uera est series rerum gestarum
 quæ nobis significatæ sunt usq; ad diem 9 Augusti.
 Oremus Deum æternum patrem Domini nostri Ie-
 su Christi, ut nos gubernet, & restituat salutare
 pacem. De cruce ita se res habet. Fuit magna mo-
 les minitans ruinam, diuq; funibus alligata fuit pa-
 rietibus. Cùm autem nuper sepulchrum foderetur
 non procul ab ea cruce, suscit fossor, ut amouere-
 tur crux, ne rueret. Ideo consul amoueri curauit,
 permittente domino pastore. Miror Principem Ne-
 re tali moueri. Sed Deus erit iudex omnium nostra-
 rum actionum, qui est inspector eordium, & uidet
 qui sincero corde ueritatē illustrare cupiant. Land-
 grauius dixit se aut Letum in cælum iturū, aut hoc
 labore Ecclesijs concordiam & pacem constitutu-
 rum. Bene ualete, Die 9 Augusti, Anno 1546.

Reuerendo uiro, domino Geor-
 gio Buchholtzer,

S. D. Reuerende uir, & charissime frater. Scri-
 psi D. doctori Musculo, qui mecum expostulauit:
 optare me, ut harum regionum Ecclesiæ tranquil-
 le sint, nec me moturum esse certamen: ac de illis i-
 psis propositionibus, quas edidit, hortatus sum ut
 iudicia audiat Brunswicensis & Parthenopæ Ec-
 clesiæ. Certissimū est, Stoicam & Manicheā uicā
 uis contumeliosam esse contra Deum, & pernicio-

A 3 sam

Jam moribus. Ideo si mihi uel ipse uel alij bellū in-
 rulerint, piè & modestè respondebo. Mitto tibi e-
 xemplum de controuersia Osiandri, quod uolo te
 legere ut censorem, & mihi iudicium tuum signifi-
 care. Oro etiam, ut illustrissimo Electori, & uro
 clarissimo D. Agricole & Bottichero exempla des
 ipsis inscripta. Hac hora literas ex Vratislavia ac-
 cepti, in quibus scribitur, recens Turcos abduxisse
 magnam multitudinem hominum in Pannonia.
 Mater fortiter prælians recepit duos filios: et quā-
 quam dextra ei præcisa est, tamen euasit cum filijs,
 & redijt in patriā. Bene uale. Die Encœniorū, que
 fuerunt 25 Nouembris, qui dicebatur Kisleu, id est,
 Orionius. Hec uera etymologia est.

Reuerendo uiro D. N. N. pastori Eccle-
 siæ Dei in oppido Senonum Tan-
 germund, fratri suo charis-
 simo,

S. D. Reuerende uir, et charissime frater: Cum
 abessem Lipsiæ, huc à Senatu Brandenburgensi
 literæ missæ sunt, ut ad N. N. scriberem: ac scripsis-
 sem, si affuissem. quanquam literæ nostræ gratio-
 res essent, si unā mitteretur responsio de Stancarō:
 quam nondum absolui, quia editionibus impediōr.
 Quanquam autem de uolūtate Principis multa co-
 gito: aditus ad eum patent Canonici, quorum Pha-
 ysica

Solimus ep. p. 377.